





# RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



**I**nter cæteras procellas & tempestates, quæ vitam humanam miserè premunt, affligunt & concutiunt, ea nõ postremo loco habenda est, quod cum *divinius* quoddam exurgit ingenium, non obscuras præstantiæ suæ stricturas emittens, antè annos nobis eripitur, & quasi indignis, qui fructibus ejus, amænitate suavissimâ ardentibus, fruamur, subducitur, triste sui desiderium relinquens: cui diurnare & vigorem illum ad ultimam senectutem si producere liceret, quantum, quàm admirabile pariter & incredibile adjumentum & emolumentum in omnes societatis humanæ partes exundaturum esset; cum non aliter atque Atlas cælum humeris suis fulcire putatur; sic salutaribus consiliis Rerum publ. fastigia sustinere, ac ne pessum irent, liberali manu posset asserere? Verùm quò illustriora sunt ingenia, eò breviora: sive quòd intempestivâ cerebri siccitate, robor corporis ad retinendum hospitem suum maturius enervetur; sive quòd magnis animis ingrata in corpore mora sit, qui angustias istas ægrè ferunt, exire atque erumpere gestiunt, deniq; illò nituntur, ubi illos, in parentis sui gremio receptos, æterna manet requies. Habet hoc perfecta virtus, ex oculis sese eripit aufertq; nec ultimum tempus expectat, quæ in primo maturuit. Non aliter ac ignis, qui cum lentâ difficultiq; materiâ commissus, fumoq; demersus ex sordido lucet, vivacior est; eadem enim causa detinet, quæ malignè alit; ille verò qui clarior effulsit, citius extinguitur. Id quòd toties compertum ac deploratum fuit, ut *Cato Censorius* velut ex oraculo prodiderit, *senilem juventam præmatura mortis esse indicium*. Non est ut longius exempla accersamus, cum satis luculentum nobis sub manu nascatur, quòd omnium oculis magnâ cum laude exponi potest. Novimus enim Virum. Juvenem Eximium & Præstantissimum, Dn. M. ANDREAM SCHNEIDERUM, *Juris Vtriusq; Candidatum* ætate, pietate, virtute & eruditione florentissimum, ad supremum gloriæ culmen plenè passibus contendentem, & longè pulcherrima opera minitantem, sed eheu! novimus; Jam enim è viridi vegetoq; corpore egressus ingenii sui elegantissimi usuram nobis subtraxit, seq; in æternam & plus quàm auream libertatem vindicavit. Hæc tam præclara anima, quæ modò ex oculis sublata, paulò antè tot virtutibus lucebat, cum muneris nostri ratio postulet, ut debitâ commendatione exornetur, & ad omnis posteritatis memoriam celebretur, paucis, quòmodo pulcherrima documenta præstantiæ suæ paulatim ostenderit, demonstrabimus.

Quòd igitur Romanus sapiens Seneca scriptum reliquit: *Languida ingenia & in somnum utra, aut in vigiliam somno simillimam, inertibus neçi elementis*: ut efficiatur Vir cum curâ dicendus, fortiori fato opus esse; Illud in hoc nostro eximio Juvene clarissimè comprobâri videmus. Non enim obscuris, aut infirmis parentibus natus est, sed animi corporisq; donis præstantibus, & vitæ honestate maximè conspicuis: per quos Deus ipsi rectius ingenium & bonis literis aptius indulgit. Patrem namq; habuit Virum Ampliiss. & Consultiiss. Dn. ANDREAM SCHNEIDERUM, *Philos. & J. U. D. inclyti Elector alii Scabinatus Assessorum honoratissimum*, cuius judicium, fides, candor & merita apud nos sunt notissima. Matrem verò lectissimam, omniumq; muliebrium virtutum laude florentissimam BARBARAM, Viri integerrimi ZACHARIE NEFFENS, Civis hujus urbis honestissimi filiam. Parentes hi laudatissimi, cū filium suum, *an. millesimo sexcentesimo octavo, die 12. Apr. in lucem editu accepissent*, neq; (ut Horatius loquitur) corpus esse sine peccatore, aut ingenium parvum & turpiter hirtum, sed tale, quò melius exoptare nõ potuissent, habere animadvertent, nulli opere aut impediendo pepercunt, quin eò proveherent ipsu. Quò votis ardentibus destinabatur, ut scilicet esset Christianus, & fieret vir eruditione præstantiss. Itaq; primò omnium per salutarem Baptismatis lavacrum Salvatori suo Christo, altero à nativitate die, ipsu inseruerunt: postea ut primò dari potuit tenerâ infantiam ad preces piæ manè vesperiq; devotè fundendas & optimarum virtutum cultum summo studio assuefecerunt. Sed ætatis progressu tam domi, quàm foris in Scholâ oppidanâ studiis liberalibus imbui eum curaverunt, commendatum fidei & dexteritati Viri quondam Excellentiss. & Clariss. Dn. M. Johan. Friderichii Ultr. Lingv. & Histor. Prof. P. ac Scholæ ad D. Nicol. Rectoris optimè meriti, nec non Reverendissimi & Eximii Viri Dn. M. Andreae Baueri, Ecclesiæ ad D. Nicol. Archidiaconi, tum temporis prædictæ Scholæ Con-Rectoris. Sub his præceptoribus brevi tanta alacritate prima literarum elementa arripiebat, ut non tantum ætati suæ compares, sed provectiores etiam vinceret, & (quò deinde per reliquam vitam perpetuum habuit) multos, qui antecederent, post se relinqueret. Sic cum *carceribus missos rapit ungula currus, Instat equis auriga, suos vincens, illum præteritum temens extremos inter euntem*. Quasi enim divinaret, brevius sibi à naturâ curriculum præstitutum, velocitate damna ætatis pensabat, & toto animo studiis vacabat. Unde illud consequeretur, ut anno ætatis decimo quinto cum laude dimitti posset in spatia Academia ad capiendum uberiorem animi cultum ex ore publicorum Lingvarum & Philosophiæ Professorum. Nec tamen suo tantum arbitrio studiorum tractationem conformare volebat, sed in consilium adhibebat etiam privatam operam Dn. M. Hieronymi Reckleben Logicæ Aristotel. p. t. Prof. Publ. simulq; Dn. M. Pauli Menii, SS. Th. D. & Ecclesiæ Bifchoffverdenfis Superintendentis vigilantissimi à quibus cū purissimum Philosophiæ Peripateticæ neq; summa fide propinatum avidissimis labris hausisset, & imis sensibus reposuisset velut canonem nancisceretur, quò regere posset iudicium ad discernendum à falsis vera & reliqua in universa *ἐγκυκλιῶν* superstruenda. Jactis his fundamentis non ad flegnem aut inertem quietem sese componebat, neq; somno & caris turbæ voluptatibus vivam vegetamq; indolem demergebat, sed nihil sibi cunctandum ratus, temporis rei pretiosissimæ, maximam rationem habebat, omne illud sibi perire existimans, quòd studiis non impendisset. Ita exiguo annorum spatio tam *ἀνυσαν*, quàm *δὲ νύκτιν ἐκυσσεύοντες*, in quibus omnis eruditio consistit, acquirebat, illiusq; documenta non aspernanda etiam in primâ illa ætate in disputationibus non privatis tantum, sed & publicis opponendo & respondendo edebat, adq; majora his quasi præludis viam sibi muniebat. Nimirum intelligebat, non satis virium habere, quicquid frequens & assiduus usus non exercet; illud esse solidissimum, quò opere continuo fuerit agitatum. Inde nauticis corpora ferendo mari dura: agricolis manus tritas: ad excutienda tela militares lacertos valere: agilia membra cursoribus. Quapropter ferè quotidiè cum commilitonibus exercebatur, & ultrò sese etiam cessantibus, ad amicâ velitationem offerebat, virtuti, in obscurum ituræ, occasionem quærens per quam enitesceret. Sed cum singulari naturæ propensione oratorii studii amore duceretur, non minori industria illud exercebat, omnis generis scriptores diurnâ nocturnaq; manu evolvens, ut ad omne argumentum, quò ad dicendum offerebatur, copiosa rerum simul & verborum suppellex suppeteret. Coniungebat cum his Poëtarum lectionem, ad quam non invitâ Minervâ accesserat, eamq; tanto fervore continuabat, ut cum animum intendisset, suavissimum carmen funderet. His præfidiis fretus, anno Christi millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, gradum Baccalaureatus, & biennio post, *ætatis suæ decimo octavo*, supremum Philosophiæ honorè, qui Magistrus est, jure suo ab inclyti Facultate Philosophicâ petere & magna cū laude obtinere poterat. Constabat enim inter omnes, eum in plerisq; Philosophiæ partibus non vulgariter esse versatum; plurimum tamen in Politica, Oratoria & Poëtica valere. Unde non paucas disputationes Politicæ publicè instituebat: privatim verò etiam alios ad genuinos fontes illius disciplinæ, succinctis *exercitationibus*, (quas in lucè publicam proferre voluit) comprehensè, deducebat. Orationes, tum aliàs, tum A. Christi 1627. in æde Paulina anniversarias recitabat; & more in Academia nostra recepto quatuor Principibus Electoribus Saxonie pientissimæ memoriæ parentabat: quòd ipsum officium etiam paulò post Viro Clariss. Dn. M. Johanne Friderichio Prof. Publ. Præceptoris suo præclarissimè merito, gratitudinis ergo præstabat. Nec ita diu est, cum de felicissimâ conjunctione Potentissimi Regis Sveciæ & Sereniss. Electoris Saxonie, Domini nostri Clementissimi in maximâ Auditorum frequentia differeret. Quantum autem potuerit in Poeticâ facultate, si non aliunde, saltem ex syncharisticis illis carminibus, quibus A. 1630. noviter creatis Magistris applaudebat, abundè colligi potest; in quibus non tantum varia carminu genera adhibuit, verum etiam fictionis acumine, & venustulâ dictione antiquorum Poëtarum ingenium feliciter expressit, sui admirationem posteritati tradidit. Absoluto Philosophicorum studiorum curriculo non penitus quidem illa abjiciebat, sed ad Jurisprudentiæ cultum animum adjiciebat, quòq; faciliores in eâ progressiones faceret, ductoribus utebatur Excellentiss. & Clariss. Viris Dn. Quirino Schachero, & Dn. Johanne Bohemio, J. U. D. doctoribus & hoc posteriori Prof. Publ. sub quo & cathedram conscendebat Juridicam, materiam de Commodato, & nonnullo tempore post doctrinam de Quæstionibus, sub præfido Clariss. & Ampl. Viri Dn. Wilhelmi Schmuicii J. C. t. & Prof. publ. publicè defendendo, Tot & tantis eruditionis argumentis tantum favoris apud maximos Viros sibi conciliabat, ut promotionem ejus omnibus modis urgerent. Unde cum primum Filiis Nobiliss. & Strenui Dn. Georgii Abrahami à Schindell in Knienstein, integro anno post duobus Nobiliss. Juvenibus Pomeranis à Kühn, per semestre deniq; Generosi maximeq; strenui Dn. Heinrichi Hildebrandi ab Einsiedel in Scharffenstein, iterum penè per annum studiorum moderator & morum magister præpositus esset; in functionibus istis omnibus tantâ prudentiâ, fide & dexteritate versabatur, ut non solum singularem laudem inde reportaret, sed & ab invitis ferè dimitteretur.

Cæterum animi impetus florentissimum Juvenem ad altiora inflammabat, injectâ cupidine exteras regiones adeundi & mores variorum hominum cognoscendi. Quare samâ & incredibili successu Sereniss. Regis Svecorum percitus ad castra ejus proficisceretur, & dotibus ingenii atq; amabilitate morum in præcipuorum militiæ præfectorum notitiâ sese insinuarat; qui variis conditionibus propostis, auctores ei & adjuutores ad summam dignitatem esse potuissent. nisi militari istâ vitâ, victus asperitate, continuis jactationibus & locorum mutationibus, aliisq; incommodis valetudinem vexari & non parum labefactari intellexisset. Quam ob causam domum ad suos reversus, Jurisprudentiæ studium indefessâ industriâ continuare, summaq; ejus privilegia, qui Doctoratus nomine comprehenduntur, vernali tempore futuri anni decenter prenare constituebat. Laudabile profectò institutum, de quo & Parenti ejus Amplissimo, & ipsi Juveni Literatissimo boni publici causa plurimum gratulandum fuisse. Sed ecce! ut sunt humana incerta & lubrica; unius febriculæ æstus omnes istas spes & conatus maximos intervertit, Juvenem plenè velis ad supremum Astrææ brabum aspirantem, in medio cursu reprehendit, lectulo afixit, & decem diebus post penitus enecavit. In hac vitæ catastrophe talè se præbebat. Noster, ut non invitè moreretur Hoc ipsi non tam Philosophia, quàm Theologia proderat, ut quælibet diem ordinaret, ac si præcedenti agmen clauderet, & vitam consummaret. Nam quòd Pacuvius ille Syria præfectus ex malâ conscientia faciebat, ut cum vino & funereis epulis sese sepelisset, dum à cenâ in cubicularum deferretur, inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, *βελίονε, βελίονε*: hoc noster Christiano more in somnum iturus lætus hilarisq; repetebat; Vixi, & quem dederas cursum bone Christe peregi. Crastinum si adjecerit Deus, lætus recipiam. Ergo ubi supremam sibi horam instare sensit, Spiritum suum Christo Jesu Redemptori suo calidissimis votis & suspiriis seriò commendavit, & inter preces suorum d. 7. Octob. placidissimè obdormivit, postquam annum ætatis vigesimum quartum, unâ cum quing. mensibus & viginti quinq; diebus complevisset. Corpus tam excelsum Ingenii hodiè horâ I. consueto more in communem locum reponetur: quò tempore ut omnes Jurisdictionem nostram agnoscetes nobiscum deductionem funeris decenter comitentur, seriò volumus & jubemus. Pp. d. 10. M. Octobr. Anno Christi Jesu cl. b. cXXXII.

L I P S I Æ, Typis Hæredum ABRAHAMI LAMBERGII.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Main body of handwritten text in a historical script, possibly Latin or German, covering the majority of the page.





# RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

**N**ter cæteras procellas & tempestates, quæ vitam humanam miserè premunt, affligunt & concutunt, ea nõ postremo loco habenda est, quod cum *divinius* quoddam exurgit *ingenium*, non obscuras præstantiæ suæ stricturas emittens, *antè annos nobis eripitur*, & quasi indignis, qui fructibus ejus, amicitate svariissimâ ardentibus, fruamur, subducitur, triste sui desiderium relinqvens: cui diurnare & vigorem illum ad ultimam senectutem si producere liceret, quantum, quàm admirabile pariter & incredibile adjuvamentum & emolumentum in omnes societatis humanæ partes exundaturum esset; cum non aliter atque Atlas cælum humeris suis fulcire putatur; sic salutaribus consiliis Rerum publ. fastigia sustinere, ac ne pessum irent, liberari siccitate, qui angustias requies. **H**agnis, qui cum è alit; ille verò ulo prodiderit, manu nascamur, Dn. M. ad supremum, li vegetoq; cor. Hæc tam præ-

te, robor corporis ac istas ægrè ferunt, exi bet hoc perfecta virt lentâ difficiliq; mate qui clarior effulsit, *senilem juvenem am p* tur, quod omnium **ANDREAM** S gloria culmen plen pore egressus ingen clara anima, quæ modò ex oculis sublata, paulò antè tot virtutibus lucebat, cum muneris nostri ratio postulet, ut debitâ commendatione exornetur, & ad omnis posteritatis memoriam celebretur, paucis, quomodo pulcherrima documenta præstantiæ suæ paulatim ostenderit, demonstrabimus.

Quod igitur Romanus sapiens Seneca scriptum reliquit: *Languida ingenia & in somnum itura, aut in vigiliam somno similliam, inertibus necesse elementis*: ut efficiatur Vir cum curâ dicendus, fortiori fero opus esse; Illud in hoc nostro eximio Juvene clarissimè comprobâri videmus. Non enim obscuris, aut infirmis parentibus natus est, sed animi corporisq; donis præstantibus, & vitæ honestate maximè conspicuis: per quos Deus ipsi rectius ingenium & bonis literis aptius indulgit. Patrem namq; habuit Virum Ampliiffi & Consultiffi Dn. **ANDREAM SCHNEIDERUM**, *Philos. & J. U. D. inclyti Electoris Sabinatus Assessorum honoratissimum*, cujus judiciû, fides, candor & merita apud nos sunt notissima. Matrem verò lectissimam, omniumq; muliebrium virtutum laude florentissimam **BARBARAM**, Viri integerrimi **ZACHARIE NEFFENS** / *Civis hujus urbis honestissimæ filiam*. Parentes hi laudatissimi, cû filium suum, *s. An. milleesimo sexcentesimo octavo, die 12. Apr. in lucem editû* accerpissent, neq; (ut Horatius loquitur) corpus esse sine pectore, aut ingeniu parvû & turpiter hirtû, sed tale, quo melius exoptare nõ potuissent, habere animadvertissent, nulli operè aut impedio pepercerunt, quin eò proveherent ipsû, quò votis ardentibus destinabât, ut scilicet esset Christianus, & fieret vir eruditione præstantiss. Itaq; primû omnî per salutare Baptismatis lavacrû Salvatori suo Christo, altero à nativitate die, ipsû inseruerunt: postea ut primû fari potuit tenerâ infantiam ad preces pias manè vesperiq; devotè fundendas & optimarum virtutum cultum summo studio assuefecerunt. Sed ætatis progressu tam domi, quàm foris in Scholâ oppidanâ studiis liberalibus imbui eum curaverunt, commendatum fidei & dexteritati Viri quondam *Excellentiff. & Clariff. Dn. M. Joban. Friderichii Utr. Lingv. & Histor. Prof. P. ac Scholæ ad D. Nicol. Rectoris optimè meriti*, nec non *Reverendi & Eximiiffi Dn. M. Andree Baueri, Ecclesiæ ad D. Nicol. Archidiaconi, tum temporis prædictæ Scholæ Con-Rectoris*. Sub his præceptoribus brevi tanta alacritate prima literarum elementa arripiebat, ut non tantum ætati suæ compares, sed provectiores etiam vinceret, & (quod deinde per reliquam vitam perpetuum habuit) multos, qui antecedeabant, post se relinqueret. *Sic cum carceribus missor apit ungula currus, Instat equis auriga, suos vincenibus, illum Præteritum temens extremos inter euntem*. Quasi enim divinaret, brevius sibi à naturâ curriculum præstiturû, velocitate damna ætatis pensabat, & toto animo studiis vacabat. Unde illud conseqvebatur, ut anno ætatis decimo quinto cum laude dimitti posset in spatia Academicia ad capiendum uberiorem animi cultum ex ore publicorum Lingvarum & Philosophiæ Professorum. Nec tamen suo tantum arbitrio studiorum tractationem conformare volebat, sed in consilium adhibebat etiam privatam operam *Dn. M. Hieronymi Rechten Logicæ Aristotel. p. t. Profes. Publ. simulq; Dn. M. Pauli Menii, SS. Th. D. & Ecclesiæ Bischoffverdenfis Superintendentis vigilantissimi* à quibus cû purissimum Philosophiæ Peripateticæ neq; summa fide profectum avidiissimis labris hausisset, & suis sensibus repositus velut canonem nancisceretur, quo regere posset judicium ad discernendum à falsis vera & reliqua

